

15749


ACTELE PASTORALE

ALE

PREA SFINȚIEI SALE PARINTELUI

P. NICOLAE IOSIF CAMILLI

VOLUMUL I



I A Ș I

INSTITUTUL DE ARTE GRAFICE N. V. ȘTEFANIU & Co.

1913



BIBLIOTECA CENTRALA
A
UNIVERSITAȚII
DIN
BUCUREȘTI

No. Curent 13229 Format.....

No. Inventar 18262 Anul

Secția..... Raftul

BIBLIOTECA CENTRALĂ UNIVERSITARĂ

BUCUREȘTI

COTA

13229

RC 157/05

ACTELE PASTORALE

ALE

PREA SFINȚIEI SALE PĂRINTELUI

B312926

P. NICOLAE IOSIF CAMILLI

EPISCOP DE MOSYNOPOLS

DATE CA

VISITATOR APOSTOLIC AL MOLDOVEI

B.C.U. Bucuresti



C18262

LECTURIS SALUTEM

In ultima sacra visitatione canonica, quam praeterito anno 1912, Deo adiuvante, peregi, animadverteram in tabulariis paroeciarum minime reperiri omnia acta a me edita longo temporis spatio, quo primum ut Visitator Apostolicus Moldavicam Missionem regeram, ac postea ad gubernandam qua Episcopus Ordinarius hanc lasiorum Dioecesim anno 1884 erectam duabus vicibus missus fui. Ut de hoc negotio certam notitiam haberem, litteris die 17 Augusti huius anni ad omnes RR. paroeciarum Administratores datis sciscitatus sum quomodo res se haberet, et a RR. Patribus testimonium accepi, non pauca mea acta, plus minusve, in tabulariis paroeciarum revera desiderari.

Credere oportet hoc accidisse ex eo quod plures utriusque cleri sacerdotes sibi succedentes longo 32 annorum intervallo in regendam illam istamve paroeciam venere; cum nullo modo credendum, imo neque cogitandum sit, hoc evenisse ex errore illo, quo aliqui putant abdicatione vel

CETITORILOR SALUTARE

În cea din urmă sfântă vizită canonică, pe care cu ajutorul lui Dumnezeu am făcut-o anul trecut 1912, am observat că în arhivele parohiilor nu se află toate actele date de mine în lungul răstimp, în care mai întâiu ca Vizitator Apostolic am cărmuit Misiunea din Moldova, și apoi de două ori am fost trimis ca Episcop Ordinar să conduc această Eparhie de Iași, înființată în anul 1884. Spre a fi sigur de acesta, în ziua de 17 August a. e. trimițând o circulară tuturor Cucernicilor Părinți Administratori ai parohiilor, i-am întrebat cum stau lucrurile, și Cuvioșii Lor mi-au răspuns, că'n adevăr nu puține din actele mele lipsese mai mult sau mai puțin din arhivele parohiale.

Trebue să se creadă că acest lucru s'a întâmplat din pricina, că în acest lung interval de 32 de ani, s'au schimbat la cărma cutărei sau cutărei parohii mai mulți preoți și din clerul secular și din cel regular; de oarece în nici un chip nu e de crezut și nici de gândit, că aceasta ar fi

VI.

morte Episcopi in cassum ire omnia, quae ipse Dioecesim gubernans decreverat. Quis enim ignorat acta episcopalia in suo pleno robore manere, donec a succedentibus Episcopis pro temporum rerumque varietate vel temperata, vel omnino deleta non sint?

Ast quacumque ex causa id acciderit, volens ut unumquodque parochiale tabularium collecta habeat illa saltem mea acta, quae vel ad disciplinam, vel ad directionem, vel ad administrationem, sive etiam tantum ad historiam pertinentia aliquid utilitatis praebent, consilium cepi ne transeat hic quinquagesimus mei presbyteratus annus iam iam ad finem vertens, simulque mihi aetas acta ferme esse me monens, quin denuo typis edam quae in bonum provinciae ter mihi commissae statuere in Domino Iesu iudicaveram, quaeque nunc simul collecta in tribus voluminibus proferam.

Primum volumen mei regiminis praecipua acta complectet, quae ut Visitator Apostolicus Missionis Moldaviae edidi a mense Decembris an. 1881 ad mensem Iunii an. 1884: secundum praecipua mei regiminis acta complectet, quae ut primus tunc erectae Dioecesis Iassiensis Episcopus edidi a mense Iulii an. 1884 ad mensem Decembris an. 1893: tertium denique volumen reddet mei regiminis praecipua acta quae ut Episcopus Iassiensis altera vice renunciatus edidi a mense Octobris an. 1904 in posterum.

provenit din acea greșeală, după care unii socotesc că cu abdicarea sau moartea Episcopului încetează toate ce hotărîse el, când cărmuia Eparhia. Căci cine nu știe, că actele episcopale rămân în deplina lor tărie pînă cînd, după împrejurarea timpurilor și lucrurilor, nu sunt modificate sau chiar cu totul desființate de către Episcopii următori?

Însă oricare ar fi pricina acestei lipse, voinde ca fiecare arhivă parohială să poseadă măcar acele acte ale mele, care prezintă vreun interes cu privire sau la rînduiala parohiilor sau la cărmuirea sau la administrarea lor sau chiar cel puțin cu privire la istorie, m'am hotărât să nu treacă acest al cincizecilea an al preoției mele, an, care e mai-mai pe sfârșite, și care tot odată îmi dă a înțelege, că moartea nu e departe de mine, fără să nu scot din nou la iveală cele ce în Domnul Isus am crezut, că trebuie să hotărîsc pentru binele provinciei, ce mi s'a încredințat de trei ori. Hotărârile aceste adunate acum la un loc vor apărea în trei volume.

Volumul întâiu va cuprinde actele mai principale ale primei mele cărmuirii, pe cari le-am publicat ca Vizitator Apostolic din luna lui Decembrie 1881 pînă în luna lui Iunie 1884: al doilea va fi compus din acele acte mai însemnate, pe care le-am dat din luna lui Iulie 1884, ca cel dintăiu Episcop al Eparhiei de Iași, atunci înființată, pînă în Decembrie 1893: volumul al treilea în sfârșit va fi alcătuit din actele mai de căpetenie pe care le-am scos din luna lui Octombrie 1904, cînd am fost chemat pentru a doua oară pe acelaș scaun episcopal, pînă acum.

Nūllus alius ordo quam chronicus tenebitur in hac secunda editione praecipuorum mei Episcopatus actorum, quorum unumquodque habebit numerum suum in singulis voluminibus, nullo habito respectu ad numerum quem actum prae se ferebat in sua prima editione, et hic tantum novus numerus indicabitur in posterum, una cum volumine in qua invenitur, quoties hoc vel illud actum in memoriam revocare occurret.

Confido animo et spe fore ut hic meus labor acceptus sit omnibus Reverendis Cooperatoribus meis, illis praesertim qui sciunt plurimi facere, prout par est, suum parochiale tabularium, in eoque cupiunt debito ordine servata videre documenta, quae nunc quidem ad paroeciae regimen inserviunt, quaeque forsitan olim aliquod vel parvum tributum praestabunt iis, qui Iassiensis Dioecesis historiam scribere volent.

*Iassii, in solemnitate Omnium Sanctorum,
1 Novembris 1913,*

† NICOLAUS IOSEPH CAMILLIU
ARHIEPISCOPUS-EPISCOPUS IASSIENSIS

În această a doua ediție a actelor mai principale ale Episcopatului meu se va păstra șirul cronologic. Fiecare act va avea numărul său deosebit în fiecare volum, fără a ține seama de numărul pe care-l avea la prima lui apariție, și numai acest nou număr se va citi de acum înainte, adăogându-se și volumul în care se găsește, ori de câte ori va fi nevoie de a aminti vre un act.

Cred și nădăjduesc, că această nouă muncă a mea va fi pe placul tuturor Cucernicilor Cooperatori ai mei, pe-al acelora mai cu seamă, cari știu să prețuiască foarte mult, după cum e și drept, arhiva lor parohială, și cari voesc să vadă păstrate în ea în cuvenita rânduială documentele, care acum slujesc la ocârmuirea parohiei, și care poate odinioară vor da un tribut cât de mic acelorora, cari ar voi să scrie istoria acestei Eparhii.

Iași, în sărbătoarea Tuturor Sfinților, 1 Noembrie 1913.

† NICOLAE IOSIF CAMILLI
ARHIEPISCOP-EPISCOP DE IAȘI

EPISTOLA PASTORALA
DESPRE
NUMIREA DE VIZITATOR APOSTOLIC
AL
MOLDOVEI
(LATINEȘTE ȘI ROMÂNEȘTE)

Num. 1.

FR. NICOLAUS IOSEPH CAMILLI

ORDINIS MINORUM S. P. FRANCISCI CONVENTUALIUM
DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA
EPISCOPUS MOSYNOPOLITANUS
VISITATOR APOSTOLICUS MISSIONIS MOLDAVIAE

**ADM. REVERENDIS PP. MISSIONARIIS COOPERATORIBUS SUIS
SALUTEM ET PASTORALEM BENEDICTIONEM**

Si inopinata electio humilitatis meae in Visitatorem Apostolicum istius Missionis a Sanctissimo Domino Nostro Leone XIII facta vobis omnibus, Fratres mei dilectissimi, admirationem, stuporemque attulit, me ulique dolore affecit, et tremore magno, cum ego sim vir videns paupertatem meam, et cognoscam me esse minimum inter vos, qui, pluribus abhinc annis, in ista vinea Domini adlaboratis portantem pondus diei et aestus.

Vix igitur electionem meam cognoveram, cum statim auctae dignitatis nuncium remisi; et Romam petere coactus, quoad potui restiti, obstatusque sum, ut mihi liceret remanere, sicut ab initio religiosae vocationis meae elegeram, abjectum in domo Dei mei omnibus diebus vitae meae. Omnia, quae poterant me ostendere lapidem potius reprobandum ab aedificantibus, non abscondi; dixi et ego in sinceritate cordis, sicut

FR. NICOLAE IOSIF CAMILLI

DIN ORDINUL MINORILOR CONVENTUALI AI SF. FRANCISC
PRIN GRAȚIA LUI DUMNEZEU ȘI A SF. SCAUN APOSTOLIC
EPISCOP DE MOSYNOPOLIS
VIZITATOR APOSTOLIC AL MISIUNEI DIN MOLDOVA

CUCERNICILOR PĂRINȚI MISIONARI CONLUCRĂTORI AI SĂI SALUTARE ȘI BINECUVÂNTARE PĂSTOREASCĂ

Dacă neașteptata alegere a smereniei mele ca Vizitator Apostolic al acestei Misiuni, făcută de către Prea sfântul nostru Stăpân Leone al XIII, v'a umplut de mirare și uimire, Fraților prea iubiți, pe mine m'a îndurerat și m'a cutremurat mult, de oarece sunt atare că-mi văd sărăcia mea și recunosc că sunt cel mai mic printre voi, cari de mulți ani încă vă trudiți în această vie a Domnului, îndurând sarcina zilei și a căldurii.

Și de aceea de abia am cunoscut alegerea mea, că am respins vestea înălțării în demnitate ; și silit să merg la Roma, am ținut piept cât am putut și m'am împotrivit, ca să mi se îngăduie să rămân, așa cum alesesem la începutul chemării mele religioase, desprețuit în casa Dumnezeului meu în toate zilele vieții mele. Nu am ascuns nimic din ce putea să mă arăte ca piatră de înlăturat de către ziditori ; am zis în sinceritatea inimii, ca și

Moyses et Ieremias: Quis sum ego ut vadam¹⁾? ecce nescio loqui, quia puer ego sum²⁾! Sed vanae fuerunt preces meae, supplicationesque inutiles. Christi enim in terris Vicarius Ipsemet significavit mihi voluntatem suam in eo esse, ut acquiescerem mandatis Eius, et ego, ne Ei, qui potestatem habet super terram omnia ligandi et solvendi, obedientiam detrectarem, debui humeros meos submittere oneri etiam angelicis humeris formidando. Sicque factum est quod lapis, qui reprobandus erat, factus est in caput anguli istius Missionis.

Hinc vere, Fratres mei, dicere possumus cum Apostolo: Quae stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes, et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia,.... ut non gloriatur omnis caro in conspectu eius³⁾. Vere etiam cum Psalmista subiungere possumus: A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris⁴⁾.

Confisus igitur gratia omnipotentis Dei, qui non patitur nos tentari supra id quod possumus⁵⁾, quique per voluntatem Summi Pontificis Leonis XIII mihi voluntatem suam patefecit, quam primum mihi licuerit, redeam ad vos, Fratres, ita animo dispositus, ut nullis parcens laboribus, nullas molestias atque aerumnas effugiens, quantum in me erit, Dei tantum gloriam quaeram ac promoveam, simulque animarum saluti prospici-

1) Exod. 3. 11.—2) Ier. 1. 6 —3) I Cor. 1. 27—29.—4) Ps. 117, 21—22.—5) I Cor. 10, 13.

Moisi și Ieremia : Cine sunt eu ca să merg ? ¹⁾ iată nu știu grăi, că copil sunt eu ! ²⁾ Dar zadarnice au fost rugăciunile mele și stăruințele nefolositoare. Căci Locuitorul pe pământ al lui Hristos Insuși mi-a arătat că voința Sa este, să mă supun poruncilor Lui, și eu, ca nu cumva să refuz ascultarea Acelui, care are puterea de a legă și deslegă toate pe pământ, am trebuit să-mi plec umerii sub povoara, de care se cutremură chiar umerii îngerești. Și așa s'a întâmplat, că piatra, care nu trebuia băgată în seamă, s'a făcut în capul unghiului acestei Misiuni.

De aici, Fraților, cu drept putem zice împreună cu Apostolul : Cele bune ale lumii a ales Dumnezeu, ca pre cei înțelepți să-i rușineze, și cele slabe ale lumii a ales Dumnezeu, ca să rușineze pe cei tari... ca să nu se laude nici un trup înaintea lui Dumnezeu ³⁾. Și tot drept putem să adăogăm împreună cu Psalmistul : De la Domnul s'a făcut aceasta, și este minunat întru ochii noștri ⁴⁾.

Increzându-mă așa dar în harul atotputernicului Dumnezeu, care nu ne lasă pre noi să fim ispitiți mai mult de cât putem ⁵⁾, și care prin voința Sf. Părinte Papa Leone al XIII-lea mi-a arătat voința sa, imediat, ce-mi va fi îngăduit, mă voiu întoarce la voi, Fraților, cu această dispoziție a sufletului, ca necruțând nici o muncă, nedându-mă la o parte de nici o neplăcere și greutate, cât va sta în puterea mea, să caut și să

1) Exod. 3, 11. — 2) Ier. 1. 6.—3) I Cor. 1, 27-29.—4) Ps. 117, 21-22.—5) 1, Cor. 10. 13.

ciam atque vitam meam omnimode devoveam. Unum enim desiderium habeo pascendi gregem Dei, providens non coacte, sed spontanee secundum Deum; neque turpis lucri gratia, sed voluntarie; neque ut dominans in cleris, sed forma factus gregis ex animo; ut, cum apparuerit Princeps pastorum, et ego percipiam immarcescibilem gloriae coronam¹⁾. Quapropter ego libentissime impendam et superimpendar ipse pro animabus vestris²⁾; non enim quaero quae vestra sunt, sed vos³⁾. Testis enim mihi est Deus, quomodo curiam omnes vos in visceribus Iesu Christi⁴⁾. Etenim vero statim ac hodierna Dominica secunda Adventus, quae est dies anniversaria ordinationis nostrae in presbyterum, episcopalem consecrationem suscepimus, in Constantiniana Basilica Sanctorum XII Apostolorum, per manus Eminentissimi ac Reverendissimi D. Cardinalis Iuliani, Floriani, Felicis Desprez Archiepiscopi Tolosani, os nostrum patet ad vos, dilectissimi, cor nostrum dilatatum est. Non angustiamini in nobis. Eandem autem habentes remunerationem (pro nobis), tamquam filiis dico, dilatamini et vos⁵⁾, ut et ipsi non angustiemur in vobis.

Obsecramus itaque vos, Fratres, ne unquam desinat exemplum esse fidelium, ut in omnibus viis vestris sic vos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei⁶⁾: ne-

1) I Pet. 5, 2—4.—2) II Cor. 12, 15.—3) Id. ib. 14.—4) Philip. 1, 8.—5) II Cor. 6, 11—13.—6) I Cor. 4, 1.

fac să înainteze numai slava lui Dumnezeu și totodată să am înaintea ochilor numai mântuirea sufletelor și să-mi jertfesc viața în ori și ce chip. Căci o singură dorință am de a paște turma lui Dumnezeu, păstorind-o nu cu sila, ci de voie și după Dumnezeu, nu cu agonisele urâte, ci cu o sârdie; nici ca și cum aș stăpâni, ci pildă făcându-mă turmei; ea atunci când se va arăta mai marele păstorilor să iau cununa mării cea nevastăjată ¹⁾. Din care pricină eu din toată inima voi cheltuî și mă voi cheltuî și pre mine pentru sufletele voastre ²⁾; că nu caut ale voastre, ci pre voi ³⁾. Că martor îmi este mie Dumnezeu, că vă iubesc pre voi toți întru dragostea lui Isus Hristos ⁴⁾. Căci iată chiar în această Duminică a două a Adventului, care e aniversarea hirotonisirii noastre în preot, și în care am primit consecrarea episcopală în Basilica Constantiniană a sfinților Apostoli prin mâinile Eminenței și Prea Cucerniciei Sale D. Cardinal Iulian Florian Felix Despiez, Arhiepiscop de Tulusa, gura noastră se deschide către voi, prea iubiților, inima noastră s'a lărgit. Nu vă strâmtorați întru noi. Având însă aceiaș răsplătire (față de noi), ca unor fii vă grăesc, lărgiți-vă și voi ⁵⁾, ca nici noi să nu ne strâmtorăm față de voi.

Vă rugăm prin urmare, Fraților, să nu încetați niciodată de a fi spre pildă credincioșilor, ca în toate căile voastre așa să vă socotească pre voi omul, ca pe niște slugi ale lui Hristos și împăr-

1) I. Pet. 5, 2-4.—2) II Cor. 12, 15.—3) Id. ib. 14.—4) Philip. 1, 8.—5) II, Cor. 6, 11-13.

mini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium vestrum. Sed in omnibus exhibete vosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu Sancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei¹⁾. Uno verbo, sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in coelis est²⁾. Tunc vere vos eritis sal terrae et lux mundi, simulque gloria nostra et gaudium.

Sed ut hoc et de vobis vere dicatur, in mentem revocate frequenter verba illa S. Gregorii Papae, quibus, sicut ipsi optime nostis, sic sacerdotibus loquitur: „Missis praedicatoribus dicitur: Vos estis sal terrae³⁾. Si igitur cibus Dei est populus, condimentum cibi sacerdotes esse debent. Sed quia, dum nos ab orationis, et eruditionis sanctae usu cessamus, sal infatuatum est, condiri non valet cibus Dei; atque idcirco ab auctore non sumitur, quia exigente fatuitate nostra minime conditur. Pensemus ergo, qui umquam per linguam nostram conversi; qui de perverso suo opere nostra increpatione correpti, poenitentiam egerunt? Quis luxuriam ex nostra eruditione deseruit? Quis avaritiam, quis superbiam decli-

1) II Cor. 6, 3—7.—2) Matth. 5, 16.—3) Id. ib, 13.

țitori ai tainelor lui Dumnezeu¹⁾: nedând nimă-nui nici o sminteală, ca slujba voastră să fie fără prihană. Ci întru toate puindu-vă pre voi înainte ca slujitori ai lui Dumnezeu întru multă răbdare, în necazuri, în nevoi, în strâmtorări, în ostenele, în privigheri, în posturi, în curăție, în cunoștință, în îndelungă răbdare, în bunătate, întru Duhul sfânt, în dragoste nefățarnică, în cuvântul adevărului, în puterea lui Dumnezeu²⁾. Pe scurt, așa să lumineze lumina voastră înaintea oamenilor, ca să vadă faptele voastre cele bune și să mărească pe Tatăl vostru, care este în ceruri³⁾. Atunci în adevăr voi veți fi sarea pământului și lumina lumii, și totodată slava și bucuria noastră.

Dar ca acest lucru să se zică cu drept despre voi, aduceți-vă aminte deseori de acele cuvinte ale Sf. Grigore Papa, cu cari, după cum știți și voi foarte bine, se îndreaptă astfel către preoți: „Propovăduitorilor trimiși le zice: Voi sunteți sarea pământului⁴⁾. Dacă prin urmare, mâncarea lui Dumnezeu e poporul, ceea ce dă gust mâncării trebuie să fie preoții. Dar fiindcă, atâta timp cât încetăm dela întrebuițarea rugăciunii și învățăturii sfinte, sarea s'a stricat de sigur, mâncării lui Dumnezeu nu i se poate da gust, și din această pricină nu se mai ia de către autor, fiindcă din pricina stricăciunii noastre nu se mai păstrează. Să ne gândim prin urmare, câți s'au întors la D-zeu prin limba noastră? Câți smulși

1) I. Cor. 4, 1.—2) II Cor. 6, 3—7.—3) Matth. 5, 16.—4) Id b. 13.

navit? Pensemus, quod lucrum Deo fecimus nos qui, accepto talento, ab eo ad negotium missi sumus. Etenim dicit: *Negotiamini, dum venio*¹⁾. Ecce jam venit, ecce de nostro negotio lucrum requirit. Quale ei animarum lucrum de nostra negotiatione monstrabimus? Quot ejus conspectui animarum manipulos de praedicationis nostrae segete illaturi sumus? Ponamus ante oculos nostros illum tantae districtiois diem, quod Iudex veniet, et rationem cum servis suis, quibus talenta credidit, ponet. Timeamus haec, Fratres; conveniat actioni nostrae ipsum ministerium nostrum. De peccatorum nostrorum relaxatione quotidie cogitemus, ne nostra vita peccato obligata remaneat, per quam omnipotens Deus alios solvit. Consideremus sine cessatione quid sumus; pensemus negotium nostrum; pensemus pondus, quod suscepimus. Faciamus quotidie nobiscum rationes, quas cum nostro Iudice habebimus. Et sic debemus agere curam nostri, ut non negligamus curam proximi; ut quisquis ad nos jungitur, ex linguae nostrae sale condidatur. Iste jam sanctus est, admoneatur ut crescat; ille vero adhuc iniquus est, admoneatur ut se corrigat; quatenus quisquis se ad sacerdotem junxerit, sale sermonis illius conditus recedat. Haec, Fratres, vobiscum sollicite cogitate: haec et proximis vestris impendite; omnipotenti Deo fructum vos reddere de negotio, quod accipistis, parate²⁾.

1) Luc. 19, 13.—2) Hom. 17. in Evang.

dela faptele cele rele prin dojana noastră, au făcut pocăință? Cine a părăsit viața-i desfrănată în urma învățaturii noastre? Cine a lăsat deoparte sgârzenia, cine sumeția? Să ne gândim, ce câștig aia adus lui Dumnezeu noi, cari primind talantul, am fost trimiși de către el pentru negoț. De oare ce spune: Neguțătoriți până voi veni ¹⁾. Iată, că a venit acum, iată că cere câștig dela negoțul nostru. Ce fel de câștig al sufletelor îi vom arăta din negoțul nostru? Câți snopi de suflete vom aduce în fața lui din secerișul propovăduirii noastre? Să punem înaintea ochilor noștri acea zi de mare încurcătură, când va veni Judecătorul și va face socoteală cu slugile sale, căroro le-a încredințat talanți. Să ne temem de acestea, Fraților; păstoria noastră să fie la fel cu purtarea noastră. Să ne gândim zilnic la slăbiciunea păcatelor noastre, ca nu cumva să rămână legată de păcat viața noastră, prin mijlocul căreia atotputernicul Dumnezeu a deslegat pe alții. Să ne gândim fără încetare ce suntem; să cugetăm la negoțul nostru să cugetăm la sarcina pe care am luat-o. Să ne facem zilnic socoteala, pe care o vom avea cu Judecătorul nostru. Și așa trebuie să avem grija noastră, ca să nu nesocotim grija aproapelui; ca oricine se lipește de noi, să capete gust din sarea limbii noastre. Acesta e sfânt, să-l îndemnăm să crească (în sfințenie); acela e încă nelegiuit, să-l îndemnăm să se îndrepte; cât timp cineva vine în contact cu preotul, să se despartă de el întărit

1) Luc. 19. 13.

Quapropter nemo vestrum, Dilectissimi, fidelibus suae vigilantiae commissis praedicationis verbum umquam subtrahat, sed, munus suum religiose exequens, curet quae singulis dicat, unumquemque qualiter moneat, et praesertim suae irreprehensibilis vitae luce omnibus salutis aeternae iter tutum, planumque commonstret. Etenim vero, ut sacri Concilii Tridentini verbis utamur, „nihil est quod alios magis ad pietatem, et Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita et exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt¹⁾“. Finem ergo vestrae vocationis implete, et sic ubique lux vestra fulgeat, ut omnis, praedicationis et virtutis vestrae potentia et nobilitate percussus, ad fidei veritatem, ad Dei cultum et timorem, ad virtutis amorem, ad Ecclesiae sanctae unitatem fortiter et suaviter trahatur. Hoc enim agentes, et vosmetipsos certe salvos facietis, et eos, qui vos audiunt, ac ii, qui ex adverso sunt, verebuntur, nihil habentes malum dicere de vobis.

Nemo miretur si his instamus; scimus enim, et vos nobiscum perspecte scitis, Fratres, quod

1) Sess. XXII De Refor. cap. I.

cu sarea cuvântării lui. Gândiți întru voi cu grijă la acestea, Fraților : purtați de grijă de comunicați acestea și aproapelui vostru, pregătiți-vă să dați roadă atotputernicului Dumnezeu din negoțul, pe care l'ați primit¹⁾.

Din care pricină nimeni dintre voi, prea iubitorilor, să nu sustragă credincioșilor, incredințați vegherii sale, cuvântul propoveduirii, dar îndeplinind cu sfințenie datoria sa, să se îngrijească ce să spună fie-căruia, în ce chip să-l sfătuească, și mai cu seamă cu lumina vieții sale, împotriva căreia nu se poate spune nimic, să arăte tuturor drumul sigur și drept al mântuirii vecinice. Căci, ca să ne folosim de cuvintele sfântului Sobor din Trident „nu e nimic, ce să învețe neconținut pe alții la evlavie și cinstirea lui Dumnezeu mai mult, ca viața și pilda acelora, cari s'au dat cu totul slujbei dumnezeiești²⁾. Îndepliniți-vă prin urmare scopul chemării voastre și lumina voastră strălucească pretutindeni așa în cât oricine, isbit de puterea și nobleța propoveduirii și virtuții voastre, să fie atras, cu putere și blândeță, spre cinstirea și frica lui Dumnezeu, spre adevărul credinței, spre iubirea virtuții, spre unirea cu sfânta Biserică. Făcând aceasta, vă veți mântui cu siguranță și pe voi înși-vă și pe acci cari vă ascultă, iar acci, cari vă sunt protivnici, se vor teme, ne având de spus nimic rău despre noi.

Nimeni să nu se mire dacă insistăm asupra acestor lucruri ; căci știm, și voi știți ca și noi

1) Hom. 17. în Evang.—2) Sess. XXII De Refor cap. I.

omnis, qui alios regere et gubernare suscipit, ut pastor, obligationem etiam eos verbo et exemplo docendi, confirmandi, et corrigendi suscipit, prout uniuscujusque conditio requirit. Sed heu! si a pastoribus debitum hoc negligetur, oves Domini, non inveniunt pascua, fame, sitique peribunt! Ast Deus, qui amat animas¹⁾, per prophetam suum jugiter clamare non desinit: Vae pastoribus, qui pascebant semetipsos! nonne greges a pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, et lanis operiebamini, et quod crassum erat occidebatis; gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis, et quod aegrotum, non sanastis, quod confractum est, non alligastis, et quod abjectum est, non reduxistis, et quod perierat, non quaesistis; sed cum auctoritate imperabatis eis, et cum potentia.... Propterea, pastores, audite verbum Domini. Haec dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, et cessare faciam eos, ut ultra non pascant gregem, nec pascant amplius pastores semetipsos; et liberabo gregem meum de ore eorum, et non erit ultra eis in escam²⁾).

Utinam hae comminationes ex omnipotentis Dei ore prodeunt, si qui forte sint inter nos, somnolentos excitent, ne subito praeoccupati die mortis ante tribunal Christi, qui sine acceptione personarum judicat secundum uniuscujusque o-

1) Sap. 11, 27.—2) Ezech. 34, 2 et seq.—

foarte bine, că ori-cine își ia asupra-și să conducă și să cârmuiască pe alții, ca păstor, să însăreinează în acelaș timp să-i învețe cu cuvântul și cu pilda, să-i întărească și să-i îndrepte, după cum cere starea fiecăruia. Dar vai! dacă această datorie va fi nesocotită de către preoți, oile Domnului, negăsind pășune, vor muri de foame și de sete! Inșă Dumnezeu, care iubește sufletele ¹⁾, nu încetează de a strigà neconținut prin gura profetului: Vai păstorilor, cari se pășteau pe sine însuși! au nu pe oi le pase păstorii? Iată laptele îl mâncați și cu lâna vă îmbrăcați și ce este gras injunghiați; și oile mele nu le păsecați. Pe cea slabă nu o ați întărit, și pe cea bolnavă nu o ați vindecat și pe cea sdruncinată nu o ați legat, și pe cea rătăcită nu o ați înapoiat, și pe cea pierită nu o ați căutat; dar le-ați poroncit cu auctoritate și cu putere... Pentru aceea păstori, auziți cuvântul Domnului. Acestea zice Domnul Dumnezeu: Iată eu asupra păstorilor, și voi cere oile mele din mâinele lor, și voi întoarce pre ei, ca să nu pase oile mele și nu le vor mai pase păstorii pre ele; scoate-voiu oile mele din gura lor și nu le vor fi lor mai mult mâncare. ²⁾

O dacă aceste amenințări, eșite din gura atotputernicului Dumnezeu, ar trezi pe cei somnoroși, dacă există unii printre noi, ca nu cumvâ apucați pe neașteptate de ziua morții să apărem înaintea tribunalului lui Hristos, care judecă fără

1) Sap. 11,27.—2) Ezeec. 34, 2 et seq.

pus¹⁾, nos sistamus ad supplicium aeternum condemnaturi; quia, pastores cum essemus, perire fecimus animas fidelium, quas per sacram eruditionem, per opportunam correptionem ac per religiosam aedificationem salvandas suscepimus! Ante illud tremendum tribunal constituti, „nos miseri, quid dicturi sumus, qui ad Dominum post negotium vacui redimus²⁾?“ Illuc enim strictam rationem reddere debebimus non de dexteritate nostra in saecularibus negotiis tractandis, non de nostra aestimatione penes homines, non de vana sapientia hujus mundi, quae stultitia est apud Deum³⁾; sed si totis viribus operam dedimus regno Dei dilatando, peccatoribus e vitiorum coeno ad viam virtutis revocandis, proximorum saluti procurandae. Vae nobis Fratres! vae nobis in aeternum! si, in divinae justitiae statera appensi, in his omnibus inventi fuerimus minus habentes. Unde, fratres sancti, vocationis coelestis participes, considerate apostolum et pontificem confessionis nostrae Iesum⁴⁾; et, ipsum semper prae oculis habentes, clamate, annuntiate fidelibus peccata eorum, et populis scelera eorum; praedicate verbum, instate opportune, importune, arguite, obsecrate, increpate in omni patientia et doctrina; ministerium vestrum implete.

1) I Petr. 1, 17.—2) S. Greg. Hom. 17 in Evang.—3) I Cor. 3, 19.—4) Hebr. 3, 1.

de alegerea fețelor după lucrul fiecăruia ¹⁾, și să fim condamnați la chinurile vecinice; fiind-că deși am fost păstori, am făcut să piară sufletele credincioșilor, pe care le-am luat asupra noastră spre a le mântui prin învățatură sfântă, prin dojană la timpul cuvenit și prin edificare religioasă. Apărând înaintea acelu tribunal înfricoșitor, „ce vom zice noi ticăloșii, cari după negoț ne întoarcem deșerți la Dumnezeu ²⁾”? Căci acolo vom trebui să dăm socoteală amănunțită nu de îndemnarea noastră în mânuirea afacerilor lumești, nu de vaza noastră față de oameni, nu de înțelepciunea deșeartă a acestei lumi, care e nebunie înaintea lui Dumnezeu ³⁾; dar dacă ne-am silit din toate puterile de a răspândi împărăția lui Dumnezeu, de a chema pe păcătoși din glodul vițiilor pe calea virtuții, de a procura mântuirea aproapelui. Vai de noi, Fraților! vai de noi în veci! dacă, cântăriți în balanța dreptății dumnezeiești, vom fi aflați că'n aceste toate cântărim mai puțin. Pentru aceea, fraților sfinți, cari sunteți părtași chemării cerești, socotiți pe Apostolul și Arhiepiscopul mărturisirii noastre Isus ⁴⁾; și avându-l pre el neconștient înaintea ochilor, strigați, vestiți credincioșilor păcatele lor și popoarelor nelegiuirile lor; propovăduiți cuvântul, stați asupra cu timp și fără timp; muștrați, certați, îndemnați cu toată îndelungata răbdare și cu învățatura ⁵⁾; îndepliniți slujba voastră.

1) I Petr. 1, 17.—2) S. Greg. Hom. 17 in Evang.—3) I Cor. 3, 19.—4) Hebr. 3, 1.—5) 2 Tim. 4, 2.



Nemo certe ignorat, quod in istam vineam suam coelestis Paterfamilias nos conduxit non ut vacemus, sed ut laboremus; non ut nostra quaeramus, sed quae Iesu Christi Filii sui, expectantes beatam spem et adventum gloriae ejusdem magni Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum¹⁾. Reminiscantur igitur vocationis nostrae sanctae, et laboremus. ut boni milites Christi, qui reddet unicuique secundum opera ejus²⁾.

Attamen, cum neque qui plantat sit aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus³⁾; ut citius ac plenius de laboribus nostris fructum afferamus in patientia, fervidas ad Deum preces et ipsi nobiscum effundite, Fratres mei dilectissimi; et beatae semperque Virginis Mariae ab origine Immaculatae, ejusque purissimi Sponsi Ioseph, quorum suffragiis maxime confidimus, cum ipsi omnia possint in Corde dulcissimi Salvatoris nostri Iesu, patrocinium interponite.

Enixe quoque rogamus et obsecramus, Fratres, pro Sanctissimo Pontifice Nostro Leone XIII, ut Deus omnipotens e tantis malis et periculis Eum eripiat, ac tandem aliquando de teterimis, et infensis Ecclesiae ac civilis Societatis hostibus victoriam Ei tribuat atque concedat.

1) Tit. 2, 13-14.—2) Rom. 2, 6.—3) 1 Cor. 3, 7.

Cu siguranță, fie-care știe că ceresul Părinte de familie nu ne-a adus în această vie a sa ca să ne odihnim, ci să lucrăm; nu ca să căutăm cele ale noastre, însă cele ale lui Hristos Isus, Fiul său, așteptând fericita nădejde și arătarea mărireii marelui Dumnezeu și Mântuitorului nostru Isus Hristos, care s'a dat pe sine pentru noi, ca să ne mântuească pe noi de toată fără de legea și să-și curățească lui un popor ales, râvnitor de fapte bune ¹⁾. Să ne aducem aminte prin urmare de chemarea noastră sfântă și să lucrăm ca buni soldați ai lui Hristos, care va răsplăti fie-căruia după faptele lui ²⁾.

Însă, fiind-că nici cel ce sădește este ceva, nici cel ce udă, ci Dumnezeu cel ce dă creștere ³⁾; ca să aducem în răbdare mai repede și mai îmbelșugat rod din muncile noastre, înălțați împreună cu mine, Fraților prea iubiți, rugăciuni ferbinți către Dumnezeu; și interpuneți ocrotirea fericitei și pururea Fecioarei Maria, cea dintru început Neprihănită, și a Logodnicului ei prea curat Iosif, în a căror rugăciuni ne încredem mai cu seamă, de oarece ei au mare putere pe lângă Inima prea dulce a Mântuitorului nostru Isus.

Stăruitor să ne rugăm, Fraților, pentru Prea Sf. Nostru Părinte Leone al XIII-lea, ca Dumnezeu cel atotputernic să-l scape din atât de mari rele și primejdii, și în sfârșit să-i dea și să-i îngăduie isbânda asupra prea întunecaților și întărătaților dușmani ai Bisericei și ai Societății civile.

1) Tit. 2, 13-14.—2) Rom. 2, 6.—3) I Cor. 3, 7.

Et pax Dei, quae exsuperat omnem sensum, custodiat corda et intelligentias vestras in Christo esu¹). In cujus pacis pignus pastorem benedictionem, intimo cordis affectu, vobis, dilectissimi Fratres, et populo vigilantiae vestrae concredito in Domino impertimur.

Romae extra Portam Flaminiam pridie Nonas Decembris MDCCCLXXXI, ipso Consecrationis nostrae die.

† FR. NICOLAUS IOSEPH
EPISCOPUS

1) Philip 4, 7.

Și pacea lui Dumnezeu, care covârșește toată mintea, să păzească inimile și cugetele voastre întru Hristos Isus ¹⁾. În chezășia acestei păci din toată inima vă dau întru Domnul binecuvântarea păstorească și Vouă, Fraților prea iubiți, și poporului încredințat vegherei voastre.

Roma, afară de Poarta Flaminia, în 4 Decembrie 1881, în însăși ziua Consecrațiunii noastre.

† Fr. NICOLAE IOSIF
EPISCOP

1) Philip 4, 7.

Num. 2.

**Epistola ad PP. Missionarios Apostolicos post
reditum in urbem Iassiensem.**

*Qui consolatur humiles, consolatus est nos
Deus in reditu nostro in hanc almam Iassiensém
civitatem, ad quam nudius tertius in sero pros-
pere, feliciterque pervenimus.*

*Hoc vobis notum facimus, Fratres dilectis-
simi, ut si quid vobis opus fuerit, quod humili-
tas nostra vobis praestare possit, ad nos omni
fiducia recursum habeatis. Cognoscitis enim nos,
et desideria nostra vobis patefecimus in Epistola
Pastorali, quam pridie Nonas Decembris supe-
rioris anni ab Urbe vobis misimus. Nihil certe
magis nobis cordi est, quam divinam quaerere
gloriam, et proximorum procurare salutem. Ut
hunc nostrae missionis nobilissimum finem asse-
quamur, parati sumus, Domino adjuvante, nullis
parcere laboribus, nullas molestias atque aerum-
nas effugere. Scimus enim cum Apostolo quod,
hoc unice volentes, tribulationes nos manent;
quia, sicut agebat S. Leo Papa, nunquam deest*

Scrisoarea către PP. Misionari Apostolici după întoarcerea în orașul Iași.

Dumnezeu, care mângâie pe cei smeriți, ne-a mângâiat și pe noi la întoarcerea în acest oraș vrednic de cinste al Iașilor, în care am sosit cu sănătate și fericire alaltieri seara.

Vă fac cunoscut acest lucru, Fraților prea iubiți, că dacă aveți nevoie de ceva, ce smerenia noastră vă poate îndeplini, să alergați la noi cu toată încrederea. Ne cunoașteți doară pe noi, și v'am arătat dorințele noastre în scrisoarea pastorală pe care v'am trimis-o din Roma la 4 Dec. anul trecut. De sigur nimic nu ne stă mai mult la inimă, decât să căutăm slava lui Dumnezeu și să procurăm mântuirea aproapelui. Ca să aducem la îndeplinirea acest scop prea nobil al misiunii noastre, suntem gata cu ajutorul lui Dumnezeu, de a nu cruța nici o muncă, de a nu ne da în lături de nici o neplăcere și greutate. De oarece știm împreună cu Apostolul, că, voind acest singur lucru, ne așteaptă neliniștirile; căci, după

tribulatio persecutionis, si nunquam desit observantia pietatis. Sed et nos in humilitate nostra cum eodem beato Paulo dicere audemus: Nihil horum vereor, nec facio animam meam praetiosorem quam me; dummodo consummem cursum meum, et ministerium verbi, quod accepi a Domino Iesu, testificari Evangelium gratiae Dei.

Attamen vos quoque, Fratres carissimi, nos adjuvate, et nobiscum in hoc tam magno negotio sedulo adlaborate; quia vanum omnino esset propositum nostrum sine vestra libenti, prompta, et alacri cooperatione. Milites Christi estis, pugnate contra adversarium animarum vestrarum, quas pretioso Sanguine suo Christus redemit. Agricolae Dei estis, excolite hanc dominicam vineam, ut, spinis et tribulis omnino de medio sublatis, fructum centuplum coelesti Patrifamilias reddat. Ministri divinae reconciliationis estis, operibus monstrate, quod pro Christo legatione fungimini apud populum hunc, et, tamquam Deo exhortante per vos, obsecrate pro Christo, ut omnes reconcilientur Deo. Itaque, Fratres dilectissimi, humilis animus noster quam maxime hac spe erigitur, qua a vobis omnibus expectamus, ut, quae Iesu Christi sunt unice quaerentes, pro viribus nobiscum laborare velitis ad congregandos in unum filios Dei, qui sunt dispersi.

Et hac tam dulci spe innixi, gratia quoque

cum spunea Sf. Leone Papa, nu lipsește nici odată neliniștea prigonirii, dacă nu lipsește grija de sfințenia vieții. Dar în smerenia noastră îndrăznim să spunem și noi cu acelaș fericit Paul: Nici de una nu bag seamă, nici am sufletul meu cinstit mie; fără numa ca să săvârșesc alergarea mea, slujba cuvântului, care am luat dela Domnul Isus, a mărturisi Evanghelia darului lui Dumnezeu.

